



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 53. Dissidium circa loci prærogativam inter Benedictinos, & Canonicos  
Regulares a Papa compositum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

que positivum duntaxat spectantia, prima  
 „Maji proxime præteriti Mensis omnes  
 „obligare cœpisse, neque post eam diem  
 „excusationem cujusquam, quod ea i-  
 „gnoraverit, admittendam, atque ita  
 „Apostolica auctoritate declaramus.,,

Sub idem ferme tempus præfatus  
 Pontifex octo Cardinalium, qui horum  
 decretorum executioni præessent, con-  
 gregationem instituit, eisque omnem  
 auctoritatem ad hoc necessariam con-  
 cessit, necnon consentiente sacro Col-  
 legio Morono, & Simonettæ Cardinali-  
 bus, qui in Synodi rebus admodum  
 versati erant, negotium dedit, ut sedu-  
 lo præcaverent, ne quicquam Patrum  
 Senatui adversum proponeretur,

## §. LIII.

*Dissidium circa loci prærogativam  
 inter Benedictinos, & Canonicos  
 Regulares a Papa com-  
 positum.*

Tandem etiam summus Pontifex Pius Clacon. in  
 vit. Pont. to.  
 3. p. 880.  
 Pennot. hist.  
 Can. Reg.  
 l. 2. c. 71.  
 Spond. hos  
 ann. n. 18.  
 IV. componebat dissidium, quod per  
 integrum ferme sæculum inter Bene-  
 dictinos Cassinenses olim de Sancta Ju-  
 stina dictos, & Canonicos Regulares ex  
 Congregatione S. Joannis Lateranen-  
 sis Ordinis S. Augustini circa honoris  
 prærogativam fervebat; itaque die de-

Q 5

cima

Sæcul. XVI A. C. 1564. cima octava Januarii declarabat Pontifex, quod Abbates, Prælati, ac Canonici Regulares superpellicium, ut vocant, induti in supplicationibus, omnibusque aliis solemnitatibus publicis, ac particularibus præcederent, eosque Benedictini sequerentur, in aliis autem occasionibus, veluti in Conciliis, aliisque congressibus, ubi utriusque Ordinis Abbates suffragandi jure fruuntur, præcedendi, ac suffragia ferendi jus eis competat, juxta suæ inaugurationis, seu ad Abbatias electionis factæ antiquitatem.

## §. LIV.

*Bulla contra Græcos Sacræ Sedis subiectos.*

*Ciacan. l. c.*  
*Bull. veter.*  
*edit. Const.*  
74. :

Die decima octava Februarii Pontifex diploma edidit circa Græcos, qui in Sicilia citra, & ultra Pharum Messinensem, aliisque in civitatibus degebant, hi enim numero sat frequentes indulgente sacra Sede Ecclesiæ Græcæ mores, ritusque sub proprio Nationis suæ Episcopo observabant: cum vero in plures perniciosos errores prolaberentur, imo etiam Purgatorium, Romani Pontificis auctoritatem, indulgentiarum ab ipso concessarum, & censurarum latarum valorem, Sanctissimæ Virginis, Apostolorum, aliorumque Sanctorum festivi-